

34. Neque enim diabolus, omni sua potentia
in unum collatâ, hominem naturalem, corpore
& anima rationali constantem, vel solus, vel quo-
vis alio humano interveniente medio gignere po-
test: & si quid huiusmodi aliquando evenisse le-
gitur, quemadmodum de Satyris, Silenis, Tityris,
Poetae & alijs nugantur, non homines naturales,
sed vel incarnatos diabulos, vel meras fuisse pra-
stigias, constanter asseveramus.

De Incubis & succubis vide Augusti-
num l. 80. de Civit. DEI: & de Satyris
ac huiusmodi monstris alijs Mythologiam
Natalis Comitis l. 5. cap.

8. & seqq.

35. De propagatione peccati Originalis, de Quæstio de
qua in prima huius principalis quæstionis die xodo propagati-
quæri solet, paucis suam exponit Confessio sensu one peccati
tentiam asserens, in sive cum peccato nasci o-
mnes: hoc est, Nascentes habere pecca-
tum originis omnes, & sic per naturalem
generationem id propagari in omnes, ac
universos filios hominum.

36. Scripturarum nimirum autoritatem ea
sequitur, quæ Adamum filios non ad DEI, sed
suam imaginem procreasse perhibet; & ad ipsum
conceptionis momentum, contagij huius propaga-
tionem reducit. Gen. 5, 2. Ps. 51, 7,

K 5

Quemad-